JOH. HENRICI ALSTEDI
ELEGIA
De federe Theologiæ & Philoſophiæ

Ad

Inſignem pietate & doctrinâ juvenem, Dn. M. WERNERUM TESCHENMACHERUM, amicum ut veterem, ita chariſſimum.

THeulogiam ſoleo dextra conferre, ſiniſtra
At Sophiam: cauſam hanc, chare Magiſter, habe:
Dextera nobilior lævâ eſt: ſic myſtica ſacra
Inventis hominum præpoſuiſſe decet.
Dextera mobilior lævâ eſt: quia rebus agendis
Hæc minùs, illa magis ducitur apta manus:
Sic quoq; Theulogie Sophia præſtare putatur:
Hæc VERUM *tantùm parturit, illa parit:*
Dein quoq; Theulogie Sophia præſtare putatur;
Namq; BONUM *hæc tantùm parturit, illa parit.*
Læva juvat dextram, juvat & ſic dextera lævam:
Læva tenendo valet, dextra movendo valet.